

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE, EPISTOLA, EPHES. 5.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

zantur, Rom. 6. & quod de baptismo, simile de pœnitentia. Restituit enim hæc, quod in baptismo acceptum per peccatum amisimus, & annulum in manum, id est, archabonem spiritus, que signantur fideles: est enim annulus datæ hereditatis, & firmæ charitatis testificatio, quæ sine iustitia non imputatiua, sed vera & inhaerente: iuxta illud, Qui facit iustitiam iustus est, acquiri & recuperari non potest. Hæc enim & charitatem in se complectitur, iuxta Aug. perfecta charitas, perfecta iustitia, cap. 70. de nat. & gra. & calceamenta in pedes, id est, in præparationem Euāgelij pacis, necubi coluber insidiās plantam ingrediētis inuadat, utque super scorpiones & serpentes securius ambulet, nō iam gradens secundum carnem, sed secundum spiritum, & vitulum saginarum in epulas, id est, participem facit corporis & sanguinis filij sui: hanc enim gratiam filiis, qui restituti sunt in libertatem spiritus, & à peccato purgati, concedit, ut participes fiant corporis & sanguinis Christi. Nam qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, nō diiudicans corpus Domini, 1. Corinth. 11. Neque verò istis contentus clementissimus Pater, ut ostendat quanti apud ipsum momenti sit vera pœnitentia, vult proximū quenque de pœnitentis salute gaudere. Ideo inquit, Māduccemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuit, quantum ad malitiæ abundantiam, & reuixit. Perierat sine vlla spe recuperandæ salutis quantum in ipso erat, & inuentus est.

*Perfecta
charitas, ius-
titia perfe-
cta.*

Hiero. ad Damasum de vocatione duorum populorum
hoc Euangelium interpretatur, To. 3. fol. 127.

DOMINICA TERTIA QVADRA-
GESIMAE, EPISTOLA, EPHE. 5.

*Estote ergo imitatores Dei, sicut filij cha-
ristissimi, & ambulate in dilectione, sicut &
Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum
pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem
suauitatis, &c. Finis Epistolæ: Fructus enim
lucis, est in omni bonitate, & iustitia, et veritate.*

*Iohann. 13.
& 15.*

1. Iohann. 4.

DOMINICA TERTIA



GIR in hac Epistola Apostolus quatuor.

i Primò, Docet absolutam Christianæ vi-
tæ perfectionem cōsistere in imitatione Dei,

Collocat autem hanc Apostolus non in pro-
ductione rerum ex nihilo, quod solius diuinæ potentie
est, & in gubernatione cælestium, terrestrium, inferno-
rumque, vel in potenti illa virtute, qua absoluta sua po-
tentia, omnia quæcunque vult facit, tã in cælo quàm in
terra. Sunt hæc enim ita propria & peculiaria ipsius di-
uinæ naturæ, vt nulli creaturæ, ne Angelicæ quidem, cō-
municari possint: multò minus imbecilli nostræ nature.
Proinde quum hæc impossibilia sint, qualia nunquam

Præcepta

Dei nō sūt
impossibilia.

præcepit Deus. Præceptum enim, quod ego præcepi ti-
bi hodie, non est supra te, &c. sed prope est verbum in
ore tuo, Rom. 10. Deut. 30. Hanc imitationem consti-
tuit in dilectione Dei, & proximi, in qua, vt est Matt. 22.
& Rom. 13. vniuersa lex pendet & Prophete. Quum igi-
tur hæc sola sit, quæ (vt habet Augustinus Tract. 5. in Io-
hannem) diuidit inter filios regni, & filios gehennæ, me-
ritò in ea Apostolus perfectam Christianæ vitæ sancti-
moniam constituit, quando sine illa in nobis nihil esse
possit, quod æterno Patri aliquo modo placere queat, 1.
Corinth. 13. Præcipit autem Apostolus, non qualemcum-
que dilectionem, quam videlicet, ipsa suggerit natura,
qua amicos, parētes, nos ipsos, diuitias, vel benefactores
diligimus, quam & Ethnici, &, vt loquitur Christus, pu-
blicani habent: sed talem, quam, non tantum docendo
inculcauit, sed coram exhibuit ipse Dei filius, qui ex sin-
gulari charitate nos quum inimici essemus dilexit, Ro.
5. vocauit quum auerti essemus, iustificauit quum pecca-
tores essemus. denique pro persecutoribus cum lachry-
mis orauit, vt non perirent, Hebr. 5. & exauditus est. ta-
lem denique, qua, vt est Matt. 5. diligimus inimicos, be-
nefacimus iis qui oderunt nos, & oramus pro perse-
quentibus & calumniantibus nos. Illam etenim intelli-
git Apostolus, dum ait, *Sicut & Christus dilexit nos, & tra-*
didit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, &c. Si-
cut enim illa Christi hostia Deo Patri fuit gratissima,
ita & illa charitas, qua Deum proximumque diligimus,
est longè gratissima, Iohan. 13.

Similitudo.

didit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, &c.

Sicut enim illa Christi hostia Deo Patri fuit gratissima,
ita & illa charitas, qua Deum proximumque diligimus,
est longè gratissima, Iohan. 13.

*Absoluta
Christiano-
rū perfectio
consistit in
imitatione
Dei.*

2 Secundò, Ethices præcepta formandis, scilicet, moribus pernecessaria præscribens, ab ipsa pudicitia orditur: siquidem luxuria, fornicatio, & adulterium, quibus non tantum in Deum, sed in proprium corpus peccatur, 1. Corinth. 6. nec solum iræ filios constituunt, sed membra, quæ templa Spiritus sancti esse debebant, corrumpunt: quod in iis cernere licet, qui in passionibus desiderij voluptatibus suis seruiunt: nec ante desistunt, quam fœne ac tabo diffluentibus membris miseri langueant, quanquã ne sic quidem fomes ille peccati, concupiscentia habitans in membris, & passiones peccatorum malâ deferant voluntatem: siquidem, Augustino teste lib. de nuptiis & concupiscentiis, cap. 25. tantas subinde vires accipit, ut deficientibus membris, eisdemque corporis artibus ad illud opus minus valentibus, turpius & procacius insanire non desinant. Quod quum intellexerit Apostolus, nomine fornicationis, & immunditiei omnem actum venereum extra legitimum usum matrimonij, illicitum & lege Dei prohibitum interdixit. Ad eò ut inter fideles ne nominandam quidẽ putarit illam impietatem, quam hodie ludum tantum arbitrantur nostri Sardanapali, quum tamen olim Iudæi illam morte punierint, Leuit. 18. Aegyptij virgis castigarint, Arabes capitis supplicio vindicarint: & hanc soli illi qui de Christi Iesu fide & religione gloriantur, iocum æstimabunt, & inultam sinent. Prudenter autem Apostolus huic morbo, qui non animum tantum, sed corporis medullas perrodit, auaritiam, quam omnium malorum radicem appellat, coniungit, quod nulla lues æquẽ omnes animi potentias, scilicet, intellectum, memoriam, & voluntatem, corrumpat, atque hæc auaritiæ pestis, quæ delicit homines in laqueos diaboli & interitum, non secus atque idololatria solet. Rectè ergo Apostolus hanc non tantum vitandam, sed ne nominandam censet.

Luxuria, fornicatio, & adulterium, non solum iræ filios constituunt, sed membra, quæ templa Spiritus sancti esse debebant, corrumpunt.

Auaritia omnium malorum radix.

3 Tertiò, Hortatur ad pietatem spe mercedis, & metu supplicij. Quia sic comparatum esse videbat, ut boni, & mali à peccato desistant, illi virtutis amore, & isti formidine peccati. Proponit itaque singulari non tantum Rhetorices artificio, sed Spiritus sancti impulsu piis immarcescibilem illam gloriæ coronam tanquam bonorum

DOMINICA TERTIA

operum mercedem, 2. ad Timot. 4. impiis horrenda gehennæ supplicia, tanquam stipendia peccatorum, dū ait, *Hoc autem scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, immundus, vel auarus non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.* Ergo à contrario, iturus in ignem æternum. Nam, vt habet August. lib. 6. contra Donatist. cap. 8. factis Deum negat, spem non habet, quia malam gerit conscientiam: perdidit est, quia id nō agit, quod Deo vult, & dæmoni-
 niacus est, quia diabolo in suo corde locum præbet: vt non immeritò illi iungatur in pœnis, cui voluntate, & toto cordis affectu seruierunt, nisi vera subsequatur admissi sceleris pœnitentia, quæ virtute meritorum Christi deleat, non ipsa tantum peccata, sed ipsas quoque pœnas peccatis debitas. Quia verò tam cæca est natura, vt prona semper in præceps ruat, longèque aliter de Deo, veritate scripturarum, & iustitia, non tantum sentiat, sed etiam loquatur, quasi videlicet, huiusmodi acerbæ comminationes hyperbolæ tantū sint. Neque enim credere possunt tantā in Deo esse tyrannidem, vt momentanea peccata æternis suppliciis vindicare velit: quò sit vt cōsuant multi puluillos sub omni cubitu, Ezech. 13. Idèò eleganter eos perstringit Ap. admonens fideles ne decipi se patiantur inanibus verbis, hoc est, verisimilibus argumentis ex scripturis non rectè aut citatis, aut intellectis, ex iudicio rationis: aut ex philosophia petitis, quibus facillè cedere imperiti solèr, maximè si ea, quæ carni adlubescant suggerantur, quod non aliudè quàm ex iusto Dei deferentis iudicio contingere docet August. lib. 5. cap. 3. contra Iulian.

*Natura
cæca.*

*Fideles ca-
neant ne in-
anibus ver-
bis decipi-
antur.*

*Dignitas e-
reptorū à po-
testate tene-
brarum.*

*Peccata pec-
catis solet
Deus vin-
dicare.*

4. Quartò, Ostēdit dignitatē eorū qui erepti de potestate tenebrarū, ignorātia veritatis, & de vinculis peccatorū, cōsecuti sunt libertatē gloriæ filiorū Dei, cognitionē scripturarū, & iustificationē vitæ. Horū enim alia longè est cōditio & dignitas, quàm antè: siquidè prius fuerāt serui peccati, captiui ad ipsius volūtātē: hoc enim est quod ait, *Eratis aliquādo tenebre*, obscuratum, scilicet, habētes intellectū, Ephe. 4. alienati à vita Dei. Quod in ip-
 sis non tam peccatum fuit, quàm pœna peccati. Siquidem subinde solet Deus peccata peccatis vindicare, vt docet Aug. li. 5. cōtra Iul. ca. 3. Apost. autē ostēdēs à quo

sunt nō tantū illuminati, sed etiam abluti, sanctificati,
& iustificati: quod est, vt loquitur Apo. esse lucē in Do-
mino, & habere illuminatos oculos cordis, ac scire quā
sit spes vocationis, hortatur, vt nihil quod huic deroga-
re possit, admittant: ideo inquit, *Vt filij luci ambulate.* Nō
enī estis filij neq; noctis, neq; tenebrarū, vt scilicet, aut
dormiatis, aut ebrij sitis, vel in cubilibus aut impudici-
tiis turpiter luxuriātes, (quā enim in occulto sūt ab ip-
sis, turpe est dicere) aliquid prāter vocationis vestrā di-
gnitatē admittatis. Si verō hanc prout oportet tueami-
ni, mox admirādā illius suauitatē experiemini. *Sūt enim*
fructus lucis in omni bonitate, iustitia, qua ex bono thesauro
proferimus ad aedificationem, quā sunt bona, pudica, &
sancta, reddimus vniciq; quod suum est, Deo, scilicet,
gloriam, & honorem: proximo verō, amorē, & aedifica-
tionem: & veritate, qua dirigimur in perfectam cogni-
tionem voluntatis Dei, vt haereses omnes detestemur,
& fidei integritatem amplectamur.

DOMINICA TERTIA QVADRAG.

EVANGELIUM, LVCAE II.

Et erat eiiciens demonium, & illud erat *Mat. 9. &*
12.
mutum, &c. Finis Euangelij: *Quinimo: Bea-*
Mar. 3.
ri qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt
illud.



RIA agit hoc Euangelium.

I Primo, Insigni miraculo ostendit, Christi
cū clementiam, tum potētiam erga miserū,
in quo mirē exercuerat Dæmon suam ty-
rannidem. Nam vera fidei cognitione, quam corporis
cæcitas significabat, auditu verbi, quo saluantur animæ,
quod surditas pulchrē adumbrabat, & peccatorum con-
fessione, & laude Dei illum priuauerat, quōd intellige-
ret iis potissimū verā salutis rationē homini posse cōtin-
gere: grassatur enī potissimū falsis de Deo opinionib;
ignoratiā veritatis, & cupiditate peccādi: vt scilicet, to-
tū hominem perdat, tanta illius est maleuolētia, atque
adēdō potentia, vt iusto Dei iudicio id permittente,
his armis multos deiciat: nō tamen omnes. Nā impe-

*Vera fides
cognitio.*

DOMINICA TERTIA

ditur Christi potentia, qua suos eripit de potestate tenebrarum, & misericordia, qua reos damnationis æternæ, misericorditer præuenit. Vt quemadmodum hunc miserum à dæmonio liberauit, ita eos ex filiis diaboli, faciat filios Dei, concessa remissione peccatorum, qua dignè possint suam Deo laudem tribuere, illi gratias agere, inuocare, agnoscere, & diligere. Hi enim effectus vt meritorij sint, remissionem peccatorum sequuntur, non præcedunt. A mortuo enim perit confessio, Ecclesiastici 17.

2. Secundò, Proponit quàm varia fuerint de hoc Christi facto hominum iudicia. Nam alia Phariseorum maledicentium & calumniantium, & alia plebis admirantis & obstupescens. Ex quibus agnoscere licet diuersa hominum ingenia, in quibus vna, atque eadem Christi operatio varios producit effectus. Nam vt solis eadem operatio lutum indurat, & ceram emollit: ita hoc Christi stupendum miraculum in hunc finem editum, vt se verum Messiam, Dauidis filium, ac Euangelij doctrinam confirmaret, istis fuit odor mortis in mortem: illis autem odor vite in vitam, vt non immeritò admirari possimus abditissimum abyssum iudiciorum Dei, quo dignos deserit deserit, nò impartiendo gratiam, qua veritatis lucem amplectantur, sed ita relinquendo, vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant, Isa. 6. Iohan. 12. Itaque quod debuissent adscripsisse potentia diuinæ, per calumniam Beel-zebub tribuunt. Ita enim solet paulatim crescere humana malitia: nam primò negant Christum esse filium Dauid, secundò pollicentur se credituros, si non tantum terrenum aliquod edat signum, sed cæleste: quæ maxima erat ironia: & tertio Principi dæmoniorum tribuunt, quod sola diuina potentia fieri animaduertebant. Christus autem pro singulari sua clementia leniter hanc ipsorū calumniam tribus efficacissimis argumentis refutat, non tam sui, quàm Patris sui æterni causa: atque adeò Euangelij, quod mundo attulit. Nam si admisisset miracula sua, virtute Dæ nonū fieri, doctrinam quoque suam mox suspectam fecisset, quati eodem spiritu profectam, quod miracula: quod omnino ferendum non erat. Nam in eo

cardo

*Humana
malitia au-
gmentum.*

*Miracula
Christi.*

cardo salutis humanae versabatur. Itaque hanc calumniam confutat Christus ab administratione, concordia, & politica regnorum, quae si his quatuor vinculis non contineantur, subsistere nequeunt. Siquidem omne regnum in se diuisum desolabitur: diuisum est autem regnum, ubi legitima potestati resistunt subditi, ac quod de regnis & monarchiis, id est de priuatis familiis iudiciū esse docet Christus: quod, scilicet, concordia facile crescant, & discordia dilabuntur. Ex his infert Christus fieri non posse, vt Satan Satanam eiciat.

Politia regnorum vnde.

3 Tercio, Ex proprietate, exorcistarū, vel Apostolorū energumenos iuuantium, Ducis atrium suum defendētis contra iniuriam hostium, & immundi Spiritus veterem suam mansionem repetentis, efficacissime docet criminationis huius falsitatem, atque in ipsos accusatores calumniam retorquet, docens se non alio Spiritu, quam sancto Demones abigere, quemadmodum ipsorum filii, quos vel inuiti fatebantur Spiritu sancto id facere. Pulchre autem ostendit hic Christus naturam inuidiae, quae de rebus optimis iudicat pessimē, & de pessimis optimē. Nunqua enim iudiciū, aut rationem in iudicando sequitur, sed corruptam affectionem. Ceteris autem duobus argumentis ostendit vsum huius miraculi. Significat enim regnum Dei, quo scilicet ipse potentia verbi sui in cordibus piorum regnaret, hoc est, vt contereret caput serpentis, Genes. 3. destrueret eum qui habebat mortis imperiū, Hebr. 12. & deleteret quod aduersum nos erat, chyrographum decreti, Colos. 2. iam adesse, iuxta vaticinia Prophetarum: id quod etiam ex ipsius miraculis animaduerti posset, quae prorsus aliena sunt ab effectibus & operationibus Satanæ. Videre etenim licet, quod Christus dispersa colligit, & collecta sperfa colligat, & collecta dispergit, sana debilitat, furatur, & maculat, Iohann. 10. Atqui pulcherrima hæc Christi doctrina quum irrita in Phariseis videretur, perierit tamen in vna muliere fructum veræ fidei, & confessionis: nam de Christo magnifice prædicauit, Luc. 11. Quod vt nobis contingat orandus est Deus.

Exorcistæ.

Inuidia natura.

Christus de sperfa colligit, & collecta dispergit, sana debilitat, furatur, & maculat, Iohann. 10. Atqui pulcherrima hæc Christi doctrina quum irrita in Phariseis videretur, perierit tamen in vna muliere fructum veræ fidei, & confessionis: nam de Christo magnifice prædicauit, Luc. 11. Quod vt nobis contingat orandus est Deus.

FFRIA SECUNDA HEBDOMADAE

TERTIA QUADRAGESIMAE. EPIST. 4. REG. 5.